

te sunt, ut finem accipiat peccatum, & impleatur visio, & prophetia, & unguatur Sanctus sanctorum.

R. breve. Ascendit fumus aromatum * In conspectu Domini. Ascendit fumus. **V.** De manu Angeli. In conspectu. Gloria Patri. Ascendit. **V.** In conspectu Angelorum psallam tibi Deus meus. **R.** Adorabo ad templum sanctum tuum, & confitebor nomini tuo.

Ad Nonam, Antiphona.
Dixit autem Maria.

Capitulum. *Don. g. g.*
S cito ergo, & animadvertite: Ab exitu sermonis, ut iterum edificetur Jerusalem, usque ad Christum ducent hebdomades septem, & hebdomades sexaginta duae erunt.

R. breve. In conspectu Angelorum * Psallam tibi Deus meus. In conspectu. **V.** Adorabo ad templum sanctum tuum, & confitebor nomini tuo. Psallam tibi. Gloria Patri. In conspectu. **V.** Adorate Deum. **R.** Omnes Angeli ejus.

Vesperae de S. Joseph Confessore cum Commemoratione S. Gabrielis, Antiphona. Archangelus Gabriel ait ad Mariam: Non erit impossibile apud Deum omne verbum. Dixit autem Maria: Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum. Et discendit ab ea Angelus. **V.** In conspectu Angelorum psallam tibi Deus meus. **R.** Adorabo ad templum sanctum tuum, & confitebor nomini tuo.

Oratio. Deus, qui inter ceteros Angelos, ut supra.

Et fit Commemoratio Feriae, si celebratur in Quadragesima.

Si Festum S. Joseph transferatur, in secundis Vesperis S. Gabrielis, omnia ut in primis, & loco ultimi, Psalmus Confitebor tibi Domine in toto corde meo: * quoniam. **V.** In conspectu Angelorum.

Antiphona ad Magnificat & Oratio, ut supra.

DIE XX. MARTII.

In Festo S. Braulii Episcopi & Confessoris. Duplex.

Omnia de Communi Confessoris Pontificis, lix. praeter ea quae sequuntur propria.

Ex manu Bened. Papa XIV. exarata, Oratio.

Ecclesiam tuam Domine perpetuis tuere praesidiis: quam beati Braulii Confessoris tui atque Pontificis munire voluisti zelo, eruditione, & exemplis. Per Dominum nostrum, &c.

In primo Nocturno Lectiones. Fidelis sermo, de eodem Communi: In secundo Nocturno.

Lectio iv.

Braulius Episcopus Cesaratugustanus, quanta futurus esset sanctitate, & doctrina, egregium ab inedita aetate specimen dedit. Ab optimis enim parentibus pie, & liberaliter institutus, adeo in excolenda virtute brevi profecit, ut morum gravitate, & castimonia, virum jam perfectum exhiberet. Litteris vero informandus Sancto Isidoro Episcopo Hispanensi traditus, id primum est assecutus, ut ab eo charissimi filii loco haberetur; tanti deinceps illum fecerit, ut libros ei suos ad emendandum, atque ordinandum commendaret. Aucta in dies virtutis ejus opinione, ad Archidiaconatus gradum provectus est; quod ille munus, uti Episcopi vires agentem decebat, strenue adeo, ac sapienter implevit, ut Sacerdotio dignus omnibus videretur.

R. Inveni David servum meum, oleo sancto meo unxi eum: Manus enim mea auxiliabitur ei. **V.** Nihil proficiet inimicus in eo, & filius iniquitatis non nocet ei. Manus.

Loc-

Lectio v.

Itaque defuncto Joanne fratre, qui ex Monachorum patre CasarAugustae factus Episcopus, litteris, ac pietate claruerat, mira totius Cleri, populique divinitus excitati consensione, in ejus locum suffectus est. Primas inter suscepti ministerii curas servandae, tuendaeque fidei, ac disciplinae eximium fuit illi studium & cura. Concilio Toletano quarto, a quo in postero celebrandorum forma constituta est, inter illustriores Patres adfuit una cum Isidoro Magistro olim suo egregie adlaborans, cui deinde superstes in Toletano quinto & sexto praeceteris Patrum fulsit, digniorque est habitus, cui actionum, & Canonum digerendorum cura mandaretur. Quare cum aliis operibus, tum sacris Canonibus clarus, a Sancto Ildephonso celebratus est.

R. Posui adjutorium super potentem, & exaltavi electum de plebe mea: Manus enim mea auxiliabitur ei. **V.** Inveni David servum meum, oleo sancto meo unxi eum, Manus enim.

Lectio vi.

Ecclisiae vero suae non minus exemplo profuit, quam doctrina. Sui nempè severus exactor, & corpus jugi maceratione subegit, & a vitis animum prorsus continuit, elatione praesertim, quam tanta humilitate fregit, ut cum summam virtutum laudem apud omnes clareret, bellorum tamen, & famis, & pestilentiae, aliasque suorum temporum calamitates veluti penas sibi omnium nequissimo debitas proferretur. Inter gravissimas curas, & angustias semper victurus, nunquam a divini verbi praedica-

tionem, a labore numquam cessavit. Difficillimus quoque temporibus vetustissimum Sanctarum olim Massarum nuncupatum, a fundamentis restituit. Tandem senio confectus, & magnis in Ecclesiam meritis, migravit in caelum, cum sedisset annos ferè viginti. Ejus corpus post sexcentos ab obitu annos, sancto Valerio Episcopo indicante, repertum, in basilica sancta Mariae, quam de Columna vocant, ad Aram maximam translatum, magna populi religione servatum, & colitur.

R. Iste est qui ante Deum magnas virtutes operatus est, & omnis terra doctrina ejus repleta est: Ipse intercedat pro peccatis omnium populorum. **V.** Iste est qui contempsit vitam mundi, & pervenit ad caelestia regna. Ipse intercedat: Gloria Patri. Ipse.

In tertio Nocturno, Homilia in Evangelium Homo peregrin. lxx. de Communi Confessoris Pontificis.

FESTA APRILIS.

DIE IV. APRILIS.

In Festo Sancti Isidori Archiepiscopi Hispanensis, Confessoris & Doctoris.

Duplex ij. Classis.

Omnia ut in Breviario Romano hoc die.

Si hoc festum venerit in majori Hebdomada, vel infra Octavam Paschae, transferatur post Octavam, juxta Rubricam: de translatione Festorum & tunc in fine Antiphonarum, **V.** & **R.** additur Alleluia, quod etiam fit in omnibus Festis, quae celebrantur tempore Paschali.

Si celebratur in Quadragesima, fit Commemoratio Feriae in utrisque Vesperis & Laudibus.

Aaaa 3

DIE

DIE XIII. APRILIS.

In Festo Sancti Hermenegildi Martyris.

Duplex.

Omnia dicuntur ut in Breviario Romano, Ritu autem Duplici.
Vespera de sequenti, Commemoratio praecedentis.

DIE XIV. APRILIS.

In Festo beati Petri Gonzalez, Sancti Telmi vulgo appellati, Confessoris, Ordinis Praedicatorum, Ecclesiae & Diocesis Tudensis, necnon & Nautarum acclamantissimi Patroni.

Duplex majus pro omnibus Hispaniarum Diocesisibus.

Et in Diocesi Tudensi Feria secunda post Dominicam in Albis. Duplex prima Classis cum Octava.

Omnia de Communi Confessoris non Pontificis. lxxij. praeter sequentia.

Oratio.

DEus, qui in maris periculis constituit beati Petri opem singularem ostendis: ejus nobis intercessionem concede; ut in hujus vitae procillis tuae gratiae lumen semper affulgeat, quo aeternae salutis portum invenire valeamus. Per Dominum nostrum, &c.

Fit Commemoratio praecedentis, & SS. Tiburtii, &c. Martyr. ut in Breviario Romano.

Lectiones primi Nocturni, de libro Ecclesiastici. Beatus vir qui non abiit, de Communi secundo loco. lxxxj.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

Petrus Gonzalez, Sanctus Telmus vulgo appellatus, Frómestae in Hispania apud Palentiam

pis, ac nobilissimis parentibus ortus est. Adolescens sub Episcopi Palentini avunculi sui cura ingenius artibus, & Philosophiae operam dedit, ingenio ad praecleara quaeque aptissimo: sed ejusdem Ecclesiae Canoniciatu, & mox etiam Decanatus dignitate auctus, honorum, ac divitiarum illicitebris juvenliler abreptus, saeculi vanitati paulo liberius indulisit. Accidit vero, ut cum ipso Dominica Nativitatis die, equo splendide phalerato, aequalium comitatu totam urbem lascivens circumcursaret, equo in profundum lutum repente prolapsus, dejectus ipse, multoque ceno inquinatus, spectantium risu, sanisque exceptus sit: quo insigni pudore suffusus, & mundi, cui placere studierat, contumeliam reputans, se vicissim, a quo spreus esset, spreturum constituit. Igitur paulo post, magna omnium admiratione, in Praedicatorum Ordinem sese recepit, ubi veterem hominem cum actibus suis exuens, novumque induens, eximia posuit tyrocinia sanctitatis.

R. Honestum fecit illum Dominus, & custodivit eum ab inimicis, & a seductoribus tutavit illum.
V. Et dedit illi claritatem aeternam.
R. Justum dedit Dominus per vias rectas, & ostendit illi regnum Dei. Et dedit.

Lectio v.

AD caeteras autem virtutes, quibus brevi magnopere excelluit, charitatem attulit proximorum salutis cupidissimam: quare absoluto sacrarum litterarum studio, sancto Patre Dominico ad imitandum sibi proposito, praedicationi se totum dedit, nihil a Deo impensius flagitans, quam ut revocandis in viam salutis animabus

pér-

pérditis idoneus efficeretur. Severissimam, Apostólico more, in eo cumque paupertatem exercuit. Quocumque exciperetur hospitio, non inde prius exibat, quam incolas omnes sacra exomologesi expiasset. Sermo illi vivus & efficacis, quo audientium corda aedè pervadebat, ut per eas, quas Apostólico zelo peragravit Hispaniae provincias, innumeros fere peccatores ad poenitentiam adduxerit. Ferdinandum Regem, cognomento Sanctum, in varias adversus Mauros expeditiones euntem secutus, consiliis, exemplo, & orationibus mirifice juvit. Venustas feminas ejus amore captas, aliasque prociacis ad eum inmissas, ut pudicitiae ejus insidias struerent, non solum strenuè repulit, sed etiam ad meliorem vitae frugem convertit.

R. Amavit eum Dominus, & ornavit eum: stolam gloriae induit eum.
V. Et ad portas paradisi coronavit eum.
R. Induit eum Dominus lorricam fidei, & ornavit eum. Et ad portas.

Lectio vj.

Minio flumini prope Ribadaviam longe rapido atque effuso, publica transeuntium utilitate, pontem amplissimum fere miraculo imposuit, acuta ad operis molitionem ingenti structorum manu; quibus cum cibis aliquando deficeret, evocatos quotquot his reficiendis sufficerent pisces, manuum prehensos iisdem praebuit. Sed & socios labore itineris atque inedia fere deficientes, pane, & vino coelitus suppeditatis, recreavit. Adhuc vivens, in saevissima maris procella a Nautis invocatus, eisdem sese conspicium exhibuisse fertur, tempestatemque sedasse.

Prophético spiritu futura multa praenuntiavit, atque in primis extremum vitae suae diem, quo adventante, in Tudensem sese urbem recepit, ubi meritis & laboribus plenus sancto fine quievit. Ejus corpus honorifico sepulchro, undè mirà fragrantia oleum emanasse traditur agris saluberrimum, ab Episcopo Tudensi in Cathedrali Ecclesia conditum est, ubi asservatur, & colitur. Ejus miraculorum fama ad remotas usque Americae regiones pervagata, ingenti populorum veneratione invocari, & coli coepit; a Nautis cum primis, qui ejus opem in maris tempestatibus praesentissimam experti, eum sub appellatione Sancti Telmi in Tutelarem sibi adsciverunt. Urbs etiam, & Diocesis Tudensis eum sibi Patronum principalem nuncupaverunt. Illius cultum continenter propagatum approbavit Benedictus Decimus Quartus, ejusque Festum cum Officio, & Missa primum ab universo Ordine Praedicatorum, necnon a Clero Palentino, & Tudensi, deinde ab omnibus Hispaniarum Diocesisibus celebrari concessit.

R. Iste homo perfecit omnia, quae locutus est ei Deus, & dixit ad eum: Ingrédere in requiem meam.
V. Quia te vidi justum coram me ex omnibus gentibus.
R. Iste est qui contempsit vitam mundi, & pervenit ad caelestia regna. Quia. Glória Patri. Quia.

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Evangelii secundum Matthaeum.

Lectio vij.

Cap. 10.

IN illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Eúntes praedicate, dicentes: Quia appropinquavit regnum caelorum. Et reliqua.

Aaaa 4

Ho-

Homilia Sancti Joannis Chrysostomi.

Homilia 33. in Matth.

Considera qualiter Dominus non minorem curam habet, ut morum eorum in melius redicat, quam ut signorum prebeat potestatem. Nam ut ostendat, absque nobilitate morum nihil signa valere; utque in nullum fastum animi, atque tumorem incidere, gratis, inquit, accepistis: deinde ne cupiditate pecuniarum moverentur, intulit, gratis date. Nam ne quasi sua ipsorum potestate miracula facientes, inde superbiunt, gratis, dixit, accepistis: nihil largimini eis, qui vos recipiunt. Non enim tamquam mercedem vestris laboribus debitant, ista accepistis, mea enim est gratia. Sic igitur aliis quoque haec beneficia, quorum nullum potest condignum premium inveniri, gratis date.

Iste est qui ante Deum magnas virtutes operatus est, & de omni corde suo laudavit Dominum: Ipse intercedat pro peccatis omnium populorum. **V**. Ecce homo sine querela, verus Dei cultor, abstinens se ab omni opere malo, & permanens in innocentia sua. Ipse.

Lectio viii.

Post haec, cum radicem omnium malorum volnerit evellere, vitiarumque fundamentum diruere: non possideatis, inquit, aurum, nec argentum, nec pecuniam in zonis vestris, non peram in via, nec duas tunicas, nec calceamenta, nec virgam. Non dixit, non accipiat vobiscum, sed non possideatis: ut si & aliunde recipere possent, recusarent tamen, ac perniciosam hanc aegritudinem fugerent. Quo deinde praeccepto multa profecto compleretur commoda. Primum, ut nulla de discipulis possit esse suspicio: deinde ab omni saeculari cura sic

ipsum liberos reddi, ut praedicationi solum vacare possint: demum immensam suam potentiam ipsis patefacit, quod & postea commemoravit, dicens: Numquid vobis tunc aliquid defuit, quando vos nudos absque calceis misi?

Sint lumbi vestri praecincti, & lucernae ardentes in manibus vestris. **E**t vos similes hominibus expectantibus dominum suum, quando revertatur a nuptiis. **V**. Vigilate ergo, quia nescitis qua hora Dominus vester venturus sit. Et vos. Gloria Patri. Et vos.

Lectio ix.

Illud etiam consideratione dignum est, quod non incipiens statim dixit, non possideatis aurum, nec argentum; sed cum prius mundandi leprosos, eiciendi demonia potestatem eis dederit, tunc intulit, nihil possideatis, gratis accepistis, gratis date. Sic rebus ipsis docuit utilia se, & honesta, & facilia facere eis praecipere. Sed inquit, cetera quidem non absque ratione certa dicta esse: quid autem, ut peram non habeant in via, nec duas tunicas, nec virgam, nec calceamenta, quam de causa eis innoxit? Exactissime certe sublimioris vitae fundamenta voluit jacere: sic & in superioribus, nullam de crastina die curam ipsos habere docuit.

Te Deum laudamus. 13.

DIE XVI. APRILIS.

In Festo S. Thurbii de Liebana Episcopi & Confessoris.

Duplex.

Omnia ut in Communi Confessoris Pontificis. lix. praeter ea qua hic habentur propria.

Oratio.

Exaudi, quaesumus Domine, preces nostras, quas in beati Thurbii Confessoris tui atque Pon-

ti-

tificis solemnitate deserimus: & qui tibi digne meruit famulari, ejus intercedentibus meritis ab omnibus nos absolvet peccatis. Per Dominum, &c.

In primo Nocturno, Lectiones de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

Thuribus vir sanctissimus pergrinationis causa in Palaestinam profectus, a Jerosolymorum Antistite sacrorum custos designatur. Suscepto in Hispaniam itinere, Leonem Primum Summum Pontificem veneratus, a Suevorum Rege Gallacis imperante honorifice susceptus, postquam regiam puellam, aliosque infirmos mirabiliter sanavit, & templum Christo Salvatori dicavit, invitatus ad Episcopatum Asturicensem promovetur. Ab Archidiacono sedem illam ambiente adultarii accusatus, in sacro linteo penitus illaso prunas ardentes ad altare portavit: eoque miraculo, ac repentina morte calumniatoris aliam etiam inferentis injuriam, suam innocentiam comprobavit.

Inveni David servum meum, oleo sancto meo unxi eum: Manus enim mea auxiliabitur ei. **V**. Nihil proficiet inimicus in eo, & filius iniquitatis non nocet ei. Manus enim.

Lectio v.

Catholicae veritatis ardore Hispanias Priscillianistarum erroribus infestas cepit lustrare, Episcopos serpentis monere contagii, & Sedis Apostolicae implorare subsidium. Misso itaque ad Leonem Pontificem Diacono, communitorii ad Episcopos seriem, & errorum libellum adjuvit: a quo per gravissimam Epistolam defensione fidei laudem, & grassantis haeresis antidotum reportavit. Ejus auctoritate

duo cogi curavit concilia: unum Tolleti, alterum in Gallacia, apud Ullennense municipium: in quibus perniciosissima haeresis condemnata est, errantesque Episcopi Catholicae fidei subscriperunt.

Posui adjutorium super potentem, & exaltavi electum de plebe mea: Manus enim mea auxiliabitur ei. **V**. Inveni David servum meum, oleo sancto meo unxi eum. Manus.

Lectio vi.

Cujus doctrinam magno Deus confirmavit miraculo: urbem quippe Palentinam his erroribus pertinaciter adherentem, & sancti viri praedicationibus adversantem, ad labentis fluvii insperatam excursionem, penes totam submersit: quo supplicio meliores cives effecti, Thurbii doctrinam susceperunt. Multos pro fide Christi labores passus, virtutibus, & miraculis clarus quietavit in pace. Ejus corpus translatum est ad Ecclesiam Sancti Martini montis Liebanae: a se constructam, & pretiosis, quas Jerosolymis asportavit, reliquiis decoratam, ubi eum finitimi populi summam colunt venerationem.

Iste est qui ante Deum magnas virtutes operatus est, & omnis terra doctrinam ejus repleta est: Ipse intercedat pro peccatis omnium populorum. **V**. Iste est qui contemptis vitam mundi, & pervenit ad caelestia regna. Ipse. Gloria Patri. Ipse intercedat.

In tertio Nocturno, Homilia Sancti Gregorii Papae in Evangelium Homo peregre, ut in Communi Confess. Pontificis primo loco. Ixx. In secundis Vesperis a Cap. de sequenti cum Commem. praeced. & S. Aniceti Papae & Martyris.

DIE

DIE XVII. APRILIS.

In Festo beate Mariæ Annæ à Jesu Virginis.

Duplex.

Omnia de Communi Virginum, præter sequentia. lxxxiv.

Oratio.

Domine virtutum, clementissime Deus, qui beatam Mariam Annam Virginem tuam inumeris gratiæ tuæ munèribus cumulasti: ejus nobis præcibus concede; ut quam solènni veneratione colimus, etiam actionibus imitemur. Per Dòminum, &c.

Lectioes j. Nocturni, de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

Maria Anna à Jesu Matrifi Hispanòrum Regum aula, & eximio Catholice Religiónis cultu celebratissima urbe, à pijs, honestisq; parentibus in lucem est edita. A primis usque ætatibus suis satis certa futuræ sanctitatis dedit indicia. In ipsa enim pueritia divinis, quibus abundabat charismatibus, cælo potiùs, quam mundo se natam ostendit; rejectisque charismatibus, atque acerbissima pugna hanc ipsam ob rem intus exteriusque commota, divinitus superata, unius cælestis sponso se totam lubens devòvit: usque promissis stare faciliùs posset, mundum illi cæbris, carnisque oblectamentis omnibus nuntium remittens, sacrum institutum Monialium Discalceatòrum beate Mariæ Virginis de Cæcæde, Redemptionis Captivòrum, cujus propagationem mirifice adjuvit consilijs, orationibusque suis, solènni ritu professæ, nihil omnium rerum omisit, quæ vel sui spiritus perfectiònis, vel aliorum salutis inservirent. Ad quam rem ne sibi unquam vires deficerent, Deiparam

ipsam, cujus aspectu sæpenumèro recreabatur; peculiarem patronam, suorumque operum, ac consiliorum, omnium adjuvicem adhibuit. Propter veritatem, & mansuetudinem, & justitiam: Et deducet te mirabiliter dextera tuæ. Spécie tuæ & pulchritudine tuâ intendè, prospere procedè, & regna. Et deducet.

Lectio v.

Voluntariam paupertatem ad extrèmum usque constantissime coluit; castitatis verò, atque innocentiæ laudem tantam adèpta est, ut cælestem vitam in terris agere, ab omni corporis contagione sejuncta videretur. In loquendo adèc parca, ut nullum planè verbum, nisi consulto, & meditato proferret; ac tale obedienciæ studium continuo ostendit, ut Præsidium non modò vòcibus, sed ipsis nutibus obtemperaret. In his autem animi dòtibus maceratiònis carnis, vigilijs, jejunijsque, tamquam vallo muniendis, curam omnem adhibuit suam; ac inauditâ, eaque perenni non minus, quam aspera tormentòrum vi corpus in absolutam spiritus servitutem pedegit. De se enim adèc humiliter, demissèque sentiebat, ut quo majori cælestium donòrum copiâ perfunderetur, eo viliorè sese, ac omni penâ contèmpuque dignissimum existimaret.

M. Dilixisti justitiam, & odisti iniquitatem: Propterea unxit te Deus tuus oleo lætitiæ. Propter veritatem, & mansuetudinem, & justitiam. Propterea.

Lectio vj.

Credi vix potest, qua in Deum charitate Maria Anna flagraret: omniaque præ illo máximo habens

DIE XXIV. APRILIS.

In Festo S. Fidelis à Sigmaringa Protomartyris. Sacra Congregatiònis de Propaganda Fide.

Duplex.

Omnia de Communi Martyr. tempore Paschali, præter ea quæ hic assignantur.

Oratio.

Deus, qui beatum Fidelem Særaphico spiritus ardore succensum in veræ fidei propagatiòne martyrii palmâ, & gloriosis miraculis decorare dignatus es: ejus quæsumus mèritis, & intercessiòne ita nos per gratiam tuam in fide, & charitate confirma; ut in servitio tuo fideles usque ad mortem inveniri mereamur. Per Dòminum, &c.

In primo Nocturno, Lectioes de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

Fidelis in Oppido Suæviæ Sigmaringa ex honesta Reyòrum familia natus, ab ineunte ætate vincularibus naturæ, & gratiæ donis ornatus præfuit. Egrègiam quippe sortitus indolem, morumque optimâ imbûtus disciplinâ, dum Friburgi Philosophiæ, & Juris utriusque lauream emèruit, in Schola etiam Christi ad perfectiònis apicem etiam virtutum exercitio contèndere cepit. Nobilium exinde Viròrum, varias Europæ Provincias lustrantium comes adscitus, eos ad Christianam pietatem sectandam tam verbis, quam operibus excitare non destitit. Quinimo in eòdem itinere crebris austeritatibus desideria carnis mortificare, ac ita seipsum regere studeit, ut in tanta rerum vicissitudine nullo unquam visus fuerit iræ motu perturbari. Juris præterea, & justitiæ strenuus propagator, post rëditum in Germaniam cæ-

bens in spreto, divini amoris voluptate adèc plurima afficiebatur, ut quantilibet pressa curis, ac molestiis fatigata, in unius Dei amplexu, quem vivissimæ fidei ope præsentem sibi assidue intuebatur, per summam delectatiònem acquiesceret; nec aliud jucundius haberet, quam assidue oratiòni, majestatisque divinæ contemplatiòni vacare; cujus cælesti dulcedine perfunderetur ita, ut à corporeis abstracta sensibus in frequèntes extases raperetur. Ex hoc autem tam incenso in Deum amore egrègia non solum illa oriebatur voluntas unumquemque consilijs, opere, monitisque juvandi ad bene, piæque vivendum; sed firmissima etiam spes summumque desiderium, quo corporeis vinculis solvi, & esse cum Christo vehementer optabat. Oprata autem diu, felicissima tandem adyènti dies: anno enim millesimo sexcentesimo vigesimo quarto, ætatis suæ quinquagesimo nono, extrèmi morbi dolòribus patientissimè toleratis, Sacramentis omnibus summa cum pietate susceptis, grave suarum virtutum Matritensium populo univèrso desiderium relinquens, meritòrum plenissima migravit ad sponsum. Quam Pius Sextus Pontifex Maximus multis insignem miraculis, ac prophetiæ dono illustrem, ritu solènni Beatarum Virginum numero adscripsit.

M. Afferentur Regi virgines post eam, proxime ejus. Afferentur tibi in lætitiâ & exultatiòne. Spécie tuâ, & pulchritudine tuâ intendè, prospere procedè, & regna. Afferentur tibi. Glòria Patri. Afferentur tibi.

In tertio Nocturno, Homilia Sancti Gregorii Papæ in Evangelium. Simile erit regnum cælòrum, &c. de Communi Virginum primo loco.

celebre sibi nomen acquisivit in Ad-
vocati munerē, in quo tamen cum
Fori pericula esset expertus, tu-
tiorē aeternā salutis viam ingredi
deliberavit, & supernā vocatiōne
illustratus, paulo post Ordini Se-
raphico inter Fratres Minores Ca-
puccinos adscribi petiit.

¶ Lux perpētua lucēbit Sanctis
tuis Domine, & aeternitas tem-
porum, alleluia, alleluia. ¶ Leti-
tia sempiterna erit super capita eor-
um: gaudium & exultatiōnem ob-
tinebunt. Et aeternitas. *Bened.* Chris-
tus perpētua.

Lectio v.

Prae petitionis compos reditus,
mundi, sui que contemptor in-
signis in ipso statim tyrocinio; ma-
gisque cum solēmnis Professionis
vota in gaudio spiritus Domino
nuncupasset, in Regulari Observan-
tia omnibus admirationi fuit, ac
exemplo. Oratiōni maxime, & sa-
cris litteris vacans, in verbi quoque
ministerio singulari gratia excel-
lens, ne dum Catholicos ad meli-
orem frugem, verum etiam Hetero-
doxos ad veritatis cognitionem atr-
axit. Pluribus in locis Cœnobii
Præfictus constitutus, prudentia,
iustitia, mansuetudine, discretione,
& humilitatis laude, munus sibi de-
mandatum exerceat. Arcetissima
paupertatis zelator egregius, qui-
quid vel minus necessarium viderēt-
ur, è Cœnobio penitus elimināvit.
Inter austera jejunia, vigiliis, &
flagella salutari seipsum prosequens
odio, in alios amorem, quasi mater
in filios ostendit. Cum pestifera
febris Austriacas militares copias
dixit affligeret, ipse in extremis
infirmorum indigentis ad assidua
charitatis officia toto spiritu inci-
puit. In componendis etiam animo-
rum dissidiis, aliisque proximis ne-
cessitatibus sublevandis consilio, &

opere adeo præclarè se gessit, ut
Pater patriæ mererit appellari.

¶ In servis suis, alleluia, ¶ Con-
solabitur Deus, alleluia. ¶ Ju-
dicabit Dominus populum suum,
& in servis suis. Consolabitur. *Be-
nedictio.* Ignem sui amoris.

Lectio vj.

Deiparæ Virginis, & Rosarii
cultor eximius, illius præci-
puè, aliorumque Sanctorum patro-
cিনিis à Deo postulavit, ut in Ca-
tholice Fidei obsequium vitam sibi,
& sanguinem fundere liceret. Cum-
que ardens hoc desiderium in qui-
tidiana Sacri devota celebratione
magis accenderetur, mirā Dei Pro-
videntiā factum est, ut fortis Chri-
sti athleta Præses eligeretur illarum
Missionum, quas Congregatio de
Propaganda Fide pro Rhetia tunc
temporis instituerat. Quod arduum
munus prompto, hilarique animo
suscipiens, tanto fervore executus
est, ut pluribus Hæreticis ad Or-
thodoxam fidem conversis, spes
non modica effulserit totius illius
gentis Ecclesie, & Christo recon-
ciliandæ. Prophetiæ dono prædi-
tus, futuras Rheticæ calamitates,
suique necem ab Hæreticis inferen-
dam sæpius prædixit. Postquam ve-
ro insidiarum probe cōscius impen-
denti agoni se preparasset, die vi-
gesimā quartā Aprilis anni millesimi
sexcentissimi vigesimi secundū
ad Ecclesiam loci, Sevistum nuncu-
pātū, se contulit, ubi ab Hæreticis,
qui pridem conversionem simu-
lantes, eum dolose ad prædicandam
invitaverant, concione tumultu-
varie interrupta, per verbera, ac
vulnera eidem crudeliter inflicta
gloriosam mortem magno, & alacri
corde perpessus, Primitias Martyrum
memoratæ Congregationis proprio
sanguine consecravit; pluribus sig-
nis, & miraculis exinde clarus præ-
senti-

senti-

serim Curie, & Veldhircii, ubi
summā pōpuli veneratiōne illius
Reliquie asservantur.

¶ Filia Jerusalem, venite, & vi-
dēte Martyres cum coronis, qui-
bus coronavit eos Dominus, ¶ In
die solēmnitatis & letitiæ, alleluia.
¶ Quoniam confortavit ceras por-
tuarum, benedixit filios tuos
in te. In die solēmnitatis. Glōria
Patri. In die solēmnitatis.

In tertio Nocturno, *Homilia*
*S. Augustini Episcopi in Evan-
geliū* Ego sum vitis vera, & Pa-
ter meus.

De Communi Martyrum tempore
Paschali primo loco.

DIE XXVII. JANUARI.
In Festo S. Thurbii de Mogrovejo
Episcopi & Confessoris.
Semiduplex.

Omnia de Comm. Conf. Pontifi-
cis, lix. præter ea quæ sequuntur.
In Hymno. Iste Confessor, mu-
tatur tertius Versus.

Oratio.

Ecclēsiam tuam, Domine, beati
Thurbii Confessoris tui at-
que Pontificis continuā protectiō-
nem custodi: ut sicut illum Pastorā-
lis sollicitudo gloriosum reddidit,
ita nos ejus intercessio in tuo semper
faciat amore ferventes. Per Dōmi-
num nostrum, &c.

In primo Nocturno, *Lectiones de*
Scriptura occurrentes.

Lectio ij.

Turbibus Alphonsus ex nō-
bili Mogroveja gente Ma-
jorgæ in regno Legionis natus,
liberalibus disciplinis, & juri Ca-
nōnico Vallisoleri primū, dein-
de Salmanticæ in majōri Collēgio
Ovetēnsi Sancti Salvatoris, ita ope-
ram dedit, ut tamen potiorem tēp-
oris partem oratiōni, aliisque piis,
& Christianis exercitiis impenderet.
Id comprobatum est, cum immis-

sam in ejus cubiculum impudicam
mulierem, præcipuis virginitatis
sectator constanti animo ex templō
expulit: inde jejuniis, vigiliis, &
proprii corporis castigatione contē-
nuo vitam exerceat; & nudis quo-
que pedibus Compositellam ad Sancti
Jacobi sepulchrum peregrinatus est.
¶ Inveni David servum meum,
oleo sancto meo unxi eum: ¶ Ma-
nus enim mea auxiliabitur ei. ¶ Ni-
hil proficiet inimicus in eo, & filius
iniquitatis non nocēbit ei. Manus
enim.

Lectio vj.

A Gregorio Decimotērtio Limā-
næ Ecclesie ex Quæstōre fi-
dei in vitus præficitur; quo in munere
Apostolicam sollicitudinem in nova
Christianitate, vel solidandā, vel
ampliandā adhibens, perfecti Præ-
sulis partes explēvit. Quare singulis
Dominicis diebus, vel in Ecclesia,
vel in hospitali domo, in parvis
etiam oppidulis & subditi conciona-
batur, plebemque Cathedrae instru-
erebat. Synodos etiam Diocesanas,
& Provincialia Conclia juxta Tri-
dentini Statuta habuit, & in eis
complura decreta, postea à Sede
Apostolica confirmata, cōndita sunt,
quibus modò Ecclesia Americana
regitur. Hinc morum emendatiō,
Clerici disciplina, juvenum Seminā-
ria, virginum ac malè nuptarum
Cœnobia, ægrotorum Xenodochia,
aliæque ædes, & Tempa ejus etiam
sumptu constructa, emanarunt.

¶ Pōsi adjuvatorum super potē-
tem, & exaltavi electum de plebe
mea: ¶ Manus enim mea auxiliabi-
tur ei. ¶ Inveni David servum
meum, oleo sancto meo unxi eum.
Manus.

Lectio vj.

Diocēsīm suam, amplissimam
quidem, incredibili labore
totam sæpē visitavit, omnēque pe-
nē

ne Ecclesie suae proventus in pauperum usus, quos creditores suos vocabat, erogavit, octingentis, ut ferunt, hominum millibus sacro chrismate unctis: innumeras contradictiones, sive ab iis, qui foris sunt, propter fidem, sive ab iis, qui intra, propter Ecclesiae libertatem, summa patientia sustinens, acriter defendit, martyrii cupidissimus. Tandem Sacerdotio, & miraculis clarus, quae etiam post mortem ipsius sanctitatem comprobant, dum propriae Diocesis visitationi incumberet, anno millesimo sexcentesimo sexto, aetatis suae sexagesimo octavo, sumpto in Ecclesia sacro Viatico, ad mortis nuntium exclamans: Latatus sum in his, quae dicta sunt mihi, in domum Domini ibimus; die vigesima tertia Martii obdormivit in Domino: quem Innocentius Undecimus in Beatorum numerum retulit, assignata ejus festivitati die vigesima septima Aprilis. Deinde novis quam pluribus fulgentem signis, Benedictus Decimus Tertius Pontifex Maximus quarto Idus Decembris anno salutis millesimo septingentesimo vigesimo sexto Sanctorum fastis adscripsit.

R. Iste est qui ante Deum magnas virtutes operatus est, & omnis terra doctrinae ejus repleta est: **I**pe intercedat pro peccatis omnium populorum. **V.** Iste est qui contempsit vitam mundi, & pervenit ad caelestia regna. Ipe intercedat. Gloria Patri. Ipse.

In tertio Nocturno.

LECTIO sancti Evangelii secundum Matthaeum.

LECTIO VII.

In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis parabolas hanc: Homo peregre proficiscens vocavit seruos suos, & tradidit illis bona sua. Et reliqua.

Homilla Sancti Bernardi Abbatis. *Ex Serm. 23. in Cant.*

Accipiunt in promissione qui bene praevalent, constitui super omnia bona domini sui: at pauci profecto qui utiliter, pauciores qui & humiliter praesint. Facile tamen utrumque adimplet, qui matrem virtutum discretionem perfectè adeptus, vino nihilominus charitatis usque ad contentum propriae gloriae, usque ad sui ipsius oblivionem, & non ad querenda, quae sua sunt, debriatur, quod solo, ac miro Spiritus sancti magisterio obtinetur.

R. Amavit eum Dominus, & ornavit eum: stolam gloriae induit eum, **V.** Et ad portas paradisi coronavit eum. **V.** Induit eum Dominus lorricam fidei, & ornavit eum. Et ad.

LECTIO VIIJ.

Virtus autem discretionis absque charitatis fervore jacet, & fervor vehementis absque discretionis temperamento praecipitat. Ideoque laudabilis, cui neutrum deest, quatenus & fervor discretionem erigat, & discretio fervorem regat. Ergo taliter oportet esse moratum eum, qui praestet. Optimum autem in moribus dixerim, & summam disciplinam hujus perfectè apprehendisse, qui in nullo prostratus, aut resistat prioribus, aut invadeat paribus, aut subiectis, vel desit in cura, vel in superbia praesint, Praelatis obediens, sociis congruens, subditis utiliter condescendens.

R. Sint lumbi vestri praecincti, & lucernae ardentes in manibus vestris, **V.** Et vos similes hominibus expectantibus dominum suum, quando revertatur a nuptiis, alleluia. **V.** Vigilate ergo, quia nescitis quâ hora Dominus vester venturus sit. Et vos. Gloria Patri. Et vos.

Lec-

LECTIO IX.

Timeant Clerici, timeant Ministri Ecclesiae, qui in terris Sanctorum, quas possident, tam iniqua gerunt, & stipendiis, quae sufficere debent, minima contenti, superflua, quibus egeni sustentandis forent, impie sacrilegèque sibi retineant, & in usus suae superbiae, atque luxuriae victum pauperum consumere non vereantur; duplici profecto iniquitate peccantes, quod & aliena diripiunt, & sacris in suis vanitatibus, & turpitudinibus abutuntur.

Te Deum laudamus. 13.

In secundis Vesperis fit Commemoratio praeced. & S. Vitalis Martyris.

DIE XXVIII. APRILIS.

In festo sancti Prudentii, Episcopi & Confessoris.

Duplex.

Omnia de Communi Confessoris Pontificis. Iij. praeter sequentia.

Oratio.

Deus largitor pacis, qui Prudentio Confessori tuo atque Pontifici mirificam dissidentes animos componendi gratiam tribuisti: da quaesumus; ut ejus meritis, & intercessionem veram cum tua voluntate concordiam iugiter servemus. Per Dominum, &c.

In primo Nocturno Lectiones de Scriptura occurrunt.

In secundo Nocturno.

LECTIO IV.

Prudentius natione Hispanus, piis parentibus natus, ut verustissima acta tradunt, in Armenia, urbe quondam provinciae Albanensis, ab ipsa pueritia magna sanctitatis praebuit argumenta; & simplex, rectus, & timens Deum, aetate simul, & virtutibus crevit. In prima ipsa juventute, ut animum

à mundi illicebis custodiret, in eremum secessit, ubi asperitimo vivendi genere corpus in servitium redégit, iugi caelestium rerum contemplationi, & sacrarum litterarum studio vacans. Defuncto Satúrio, quo usus fuerat eremitica vitae socio atque magistro, voce divina admonitus ad civitatem Calagurritanam profectus est.

R. Inveni David servum meum, oleo sancto meo unxi eum: **M.** Manus enim mea auxiliabitur ei. **V.** Nihil proficiet inimicus in eo, & filius iniquitatis non nocēbit ei. Manus.

LECTIO V.

EA in urbe penitētiis habitu indutus, in cinere, & cilicio ita insectatus est pravos populorum mores, increpando, admonendo, concionando, ut collapsam in illis pietatem in pristinum restituerit, contumelias, injurias, & verbera propter Christum patiens. Ejus sanctitatis bonus odor cum universam illam nationem pervaserit, Prudentius abhorrrens celebritatem sui nominis, clam Turiasonem aufugit, & inter minores ejus Ecclesiae clericos adscitus tamdiu delituit, donec cognita viri sanctimonia, atque doctrina, ab illo Episcopo Presbyter ordinatus est, & Archidiaconus deinde constitutus: quo in mōnere, cum praelatiōra in dies eaderet virtutum exempla, conceditum ei fuit regimen vacantis Ecclesiae Turiasonensis, atque reluctans & nolens in ejus Cathedra omnium votis collocatus est.

R. Pōsui adiutorium super potentem, & exaltavi electum de plebe mea: **M.** Manus enim mea auxiliabitur ei. **V.** Inveni David servum meum, oleo sancto meo unxi eum. Manus enim.

Lec-

Lectio vi.

E piscopali auctus dignitate, commissum sibi gregem pascens monitis, consiliis, scientia, verbo, & exemplo, innumeros peccatores ad viam salutis revocavit. Eximia fuit ejus prudentia, charitas, mansuetudo, & misericordia, presertim in pauperes, erga quos, ut largior esset, necessaria sibi detraxit. Peculiariter, qua pollebat gratia dissidentes animos sedandi, Oxomam accitus, ut ea dissidia componeret, quae inter Clerum, & cives jamdiu exarserant, ad pacem, & concordiam statim illos adduxit, divinis etiam, ut fertur, accedentibus prodigiis. Ibidem gravi morbo correptus, magnis laboribus exantlatis, qua praedixerat hora, obdormivit in Domino maxima sanctimoniae fama, & miraculis clarus. Ejus corpus delatum ad montem Latuircium, eo loco publice fidelium venerationi expositum fuit, in quo nunc ab ejus nomine Ecclesia Sancti Prudentii nuncupatur.

R. Iste est qui ante Deum magnas virtutes operatus est, & omnis terra doctrina ejus replata est: **V.** Ipse intercedat pro peccatis omnium populorum. **V.** Iste est qui contemptissimam vitam mundi, & pervenit ad caelestia regna. Ipse intercedat. Gloria Patri. Ipse.

In tertio Nocturno, Homilia in Evangelium Homo peregrin, de Communi primo loco, nona Lectio & Commemoratio S. Vitalis Martyris.

DOMINICA III.

post Pascha.

Festum Patrocinii S. Joseph Confessoris, Sponsi B. Mariae Virginis. Duplex.

Ad Vesperas, Antiphona. Jacob autem, cum reliquis de Laudibus. 62. Psalmus Dixit Dominus, cum reliquis de Dominica. 100. &

loco ultimi, Psalmus Laudate Dominum omnes. 103.

Capitulum. *Genes. 49. d*

Benedictiones patris tui confortatae sunt benedictionibus patrum ejus: donec veniret desiderium collum aeternorum: fiant in capite Joseph, & in vertice Nazareth inter fratres suos.

Hymnus.

TE, Joseph, celebrent agmina Caelorum,
Te cuncti resonent Christianum chori,
Qui clarus meritis, junctus es in clytæ

Castro federe Virgini.

Almo cum tumidam germine conjugem

Admirans, dubio tangeris anxius,
Afflatu superi Flaminis Angelus

Conceptum puerum docet.

Tu natum Dominum stringis, ad exteras

Aegypti profugum tu sequeris plagas;

Amisum Solyms quaeris, & invenis,
Miscens gaudia flētibus.

Post mortem reliquos mors pia consecret,

Palmamque emeritis gloria suscipit:
Tu vivens, superis par, frueris Deo,
Mirā sorte beator.

Nobis, summa Trias, parce precantibus:

Da Joseph meritis sidera scādere:
Ut tandem liceat, nos tibi perpetim

Gratum prōmere canticum.

Amen.

V. Constituit eum dominum domus suae, alleluia. **R.** Et principem omnis possessionis suae, alleluia.

Ad Magnificat, Antiphona.

Cum esset desponsata Mater Jesu Maria Joseph, antequam convenirent, inventa est in utero habens de Spiritu sancto, alleluia.

Oratio.

Oratio.

DEus, qui ineffabili providentia beatum Joseph sanctissimae Genitricis tuae Sponsum eligere dignatus es: praesta quasumus; ut quem protectorem veneramus in terris, intercessorem habere mereamur in caelis. Qui vivis &c.

Et sit Commemoratio Dominica.

Ad Nativum Invitatorium.
Laudemus Deum nostrum. * In veneratione beati Joseph Protectoris nostri, alleluia, Psalmus. Venite, exultemus. 1. Hymnus. Te, Joseph, celebrent agmina caelorum. ut supra.

In primo Nocturno, Antiphona.

Angelus Domini apparuit in somnis Joseph, dicens: Surge, & accipe puerum, & matrem ejus, & fuge in Aegyptum, & esto ibi, usque dum dicam tibi, alleluia.

Psalmi. Beatus vir. Quare fremuerunt. Domine, quid multiplicati sunt, de Communi Confessoris non Pontificis. lxxii.

V. Confitebor nomini tuo, alleluia.
R. Quoniam adiutor, & protector factus es mihi, alleluia.

De libro Genesis.

Lectio j.

Cap. 39.

Igitur Joseph ductus est in Aegyptum, emitque eum Putifar eunuchus Pharaonis, Princeps exercitus, vir Aegyptius, de manu Ismaelitarum, a quibus perductus erat. Fuitque Dominus cum eo, & erat vir in cunctis prosperus agens: habitavitque in domo domini sui, qui optime noverat Dominum esse cum eo, & omnia, quae gereret, ab eo dirigi in manu illius. Invenitque Joseph gratiam coram domino suo, & ministrabat ei, a quo praepositus omnibus gubernabat creditam sibi domum, & universa quae ei tradita fuerant: benedixitque Dominus domui

Pars Hyemalis.

Aegypti propter Joseph, & multiplicavit tam in aedibus, quam in agris cunctam ejus substantiam: nec quidem alium noverat, nisi panem quem vesebatur. Erat autem Joseph pulchra facie, & decorus aspectu.

R. Clamavit populus ad Regem, alimenta petens: Quibus ille respondit: Ite ad Joseph, alleluia. **V.** Salus nostra in manu tua est, respice nos tantum, & laeti servimus Regi. Quibus ille.

Lectio ij.

Cap. 51. c

Placuit Pharaoni consilium, & cunctis ministris ejus: locutusque est ad eos: Num invenire poterimus talem virum, qui spiritu Dei plenus sit? Dixit ergo ad Joseph: Quia ostendit tibi Deus omnia quae locutus es, nunquid sapienterem & consimilem tui invenire poterō? Tu eris super domum meam, & ad tui oris imperium cunctus populus obediet: in tantum regni solio te praecedam. Dixitque rursus Pharaon ad Joseph: Ecce constitui te super universam terram Aegypti. Tultique annulum de manu sua, & dedit eum in manu ejus; vestivitque eum stola byssina, & collo torquem auream circumposuit. Fecitque eum ascendere super currum suum secundum, clamante praecone, ut omnes coram eo genuflecterent, & praepositum esse scirent universae terrae Aegypti. **V.** Fecit me Deus quasi patrem Regis, & dominum universae domus ejus: Exaltavit me, ut salvos fieret multos populos, alleluia. **R.** Venite ad me, & ego dabo vobis omnia bona Aegypti, ut comedatis medullam terrae. Exaltavit me.

Lectio iij.

Dixit quoque Rex ad Joseph: Ego sum Pharaon: absque tuo imperio non movebit quisquam

Bbbb

ma-